Besondere Prüfung 2009 - Latein als erste Fremdsprache

Freitag, 11. September 2009

Arbeitszeit: 120 Minuten

Vorsicht vor Antonius!

Nach der Ermordung Caesars 44 v. Chr. versuchte sein Gefolgsmann Marcus Antonius die führende Stellung im Staat an sich zu reißen. Cicero, der sich für die Wiederherstellung der alten Ordnung, d.h. der Herrschaft des Senats, einsetzte, hielt am ersten Januar 43 v. Chr., zum Amtsantritt der neuen Konsuln, eine Rede im Senat. In ihr warnte er eindringlich vor Antonius' Absichten und appellierte an die frühere Stärke der Senatoren.

Vobis, patres conscripti, haec potestas[1] data est, ut populo Romano declarare possetis, quantum virtutis, quantum constantiae, quantum gravitatis in huius ordinis consilio esset. Recordamini, quantus consensus vestrum, quanta virtus, quanta constantia paulo ante fuerit, quantam laudem, quantam gloriam, quantam gratiam a populo Romano consecuti sitis! Atque illo die[2], patres conscripti, ea constituistis, ut vobis iam nihil sit integrum[3] nisi aut honesta pax aut bellum necessarium.

Pacem vult M. Antonius; sed arma deponat, me roget! Neminem aequiorem reperiet quam me, cui, dum se civibus impiis commendat, inimicus quam amicus esse maluit. Nihil est profecto, quod possit dari bellum gerenti; erit fortasse aliquid, quod concedi possit roganti. Legatos vero ad eum mittere, de quo gravissimum et severissimum iudicium nuper fecistis, non iam levitatis est[4], sed dementiae est. Tum enim laudavistis duces eos, qui contra illum privato consilio bellum susceperant, deinde milites veteranos, qui, cum ab Antonio in colonias deducti[5] essent, tamen illius beneficio libertatem populi Romani anteposuerunt.

[154 lat. Wörter]

---

[1] potestas,-atis: *hier* Gelegenheit
[2] illo die: *hier* damals
[3] integer, integra, integrum: *hier* moralisch vertretbar
[4] est (m. Genitiv): es ist ein Zeichen von (…)
[5] deducere: *hier* ansiedeln

Besondere Prüfung 2009 – Latein als erste Fremdsprache

Freitag, 11. September 2009

Arbeitszeit: 120 Minuten

Text: Cic. *Phil.* V, 2-3 (Text adaptiert)

Bewertung: 7,0 - Fehlerschritt